Nam semel emissum volat irrevocabile verbum. Quæ
enim causa Studit. Ornat. quod Clytus in-
dita militaris expeditionis scientia dux peri-
tissimus, et vitæ, et salutis Alexandri M.
tutor fidissimus, nec non præ cæteris eius Regi
longe charissimus, ab eodem hasta transfixus
occubuerit? scelesta ipsius lingua. Quis Da-
phitum Gramaticum in Thorace monte cru-
cæ ~~affligit~~ affigit, nisi lingua, cum Regem
maledico ore incesserit! Prodeat Anaxarchus
ab Anacreonte Cyprio in pila contundi iussus,
Adsit Theocritus Chius, quem Antigonus R.
occidit, progrediatur Staterius ætate Marci T.
rei capitali iure damnatus, quorum primus
ob petulantes iniurias, alter propter salsum
mordacesque scomma, Staterius autem ob contumeliosa
verba, mendacesque sermones meritas dedêre pæ-
nas. Video Audit. human. magis, ac magis
in more hoc intumescere procellis, et nequissi-
mam hanc linguæ pestilentiam latiusque ser-
pere, et corrumpere, ita ut quemadmodum
basiliscus pestifer, etiamsi parvo delitescat angu-
lo, omnes tamen totius circumiacentis spatii